

154. *MACER libro primo ad legem vicensimam*. Mille passus non a miliario urbis, sed a continentibus aedificiis numerandi sunt.

155. *LICINNIUS RUFINUS libro septimo regularum*. “Proximi” appellatione etiam ille continetur, qui solus est.

156. *IDEM libro decimo regularum*. “Maiore parte anni”⁴⁶ possedisse quis intellegitur, etiamsi duobus mensibus possederit, si modo adversarius eius aut paucioribus diebus aut nullis possederit.

157. *AELIUS GALLUS libro primo de verborum quae ad ius pertinent significatione*. “Paries” est, sive murus sive maceria est.

(1) Item “via” est, sive semita sive iter est.

158. *CELSUS libro vicensimo quinto digestorum*. In usu iuris frequenter uti nos Cascellius ait singulari appellatione, cum plura generis eiusdem significare vellemus: nam “multum hominem venisse Romam” et “piscem vilem esse” dicimus. Item in stipulando satis habemus de herede cavere “si ea res secundum me heredemve meum iudicata erit” et rursus “quod ob eam rem te heredemve tuum”: nempe aequae si plures heredes sint, continentur stipulatione.

159. *ULPIANUS libro primo ad Sabinum*. Etiam aureos nummos “aes” dicimus.

160. *IDEM libro secundo ad Sabinum*. “Ceterorum” et “relinquorum” appellatione etiam omnes continentur, ut Marcellus dixit circa eum, cui optio servi legata est, ceteri Sempronio: nam temptat, si non optet, omnes ad Sempronium pertinere.

161. *IDEM libro septimo ad Sabinum*. Non est “pupillus”, qui in utero est.

⁴⁶ Cf. D.43,31,1.

154. *MACER*, en el libro primero a la ley vigésima. Los mil pasos deben contarse, no desde la piedra miliar de la Urbe, sino desde los edificios de los alrededores.

155. *LICINIO RUFINO*, en el libro séptimo de las reglas. En la palabra “próximo” también se incluye al que es único.

156. *EL MISMO*, en el libro décimo de las reglas. Se considera que alguien “ha poseído durante la mayor parte del año”, aunque haya poseído durante dos meses, si es que su adversario poseyó durante menos días o ninguno.

157. *ELIO GALLO*, en el libro primero sobre el significado de las palabras que pertenecen al derecho. Una “pared” es tanto el muro como la cerca que está sin encalar. (1) Así también, la “vía” es un sendero o un camino.

158. *CELSO*, en el libro vigésimo quinto de los digestos. Cascelio dice que en el lenguaje de derecho nosotros utilizamos frecuentemente el singular aun cuando queremos significar más <cosas> del mismo género: pues, por ejemplo, decimos que “vino a Roma mucho hombre” o que “el pescado es barato”. Así también, al estipular, nos basta advertir al heredero: “si la causa fuera juzgada a favor mío o de mi heredero”, y todavía más: “lo que por ello tú o tu heredero”; sin duda, si son varios los herederos, igualmente se incluyen en la estipulación.

159. *ULPIANO*, en el libro primero a Sabino. También a las monedas de oro llamamos “aes”.

160. *EL MISMO*, en el libro segundo a Sabino. En las expresiones “los demás” y “los restantes” se incluye también a todos, como dijo Marcelo acerca de aquel al que se legó la opción de un esclavo, <habiéndose legado> los demás a Sempronio, pues prueba que, si <aquél> no opta <ningún esclavo>, todos <los esclavos> pertenecerán a Sempronio.

161. *EL MISMO*, en el libro séptimo a Sabino. No es “pupilo” el que <todavía> está en el vientre.

162. *POMPONIUS libro secundo ad Sabinum*. In vulgari substitutione, qua ei qui “supremus” morietur heres substituitur, recte substitutus etiam unico intellegitur, exemplo duodecim tabularum, ex quibus “proximus” adgnatus et solus habetur. (1) Si quis ita in testamento scripserit “si quid filio meo acciderit. ‘Dama servus meus liber esto’, mortuo filio Dama liber erit. Licet enim “accidunt” et vivis, sed vulgi sermone etiam mors significatur.

163. *PAULUS libro secundo ad Sabinum*. Illa verba “optimus maximusque” vel in eum cadere possunt, qui solus est. Sic et circa edictum praetoris “supremae tabulae” habentur et solae. (1) “Pueri” appellatione etiam puella significatur: nam et feminas puerperas appellant recentes ex partu et Graece παιδίον communiter appellatur.

164. *ULPIANUS libro quinto decimo ad Sabinum*. Nomen “filiarum” et in postumam cadere quaestionis non est, quamvis “postumae” non cadere in eam, quae iam in rebus humanis sit, certum sit. (1) “Partitionis” nomen non semper dimidium significat, sed prout est adiectum. Potest enim iuberi aliquis et maximam partiri: posse et vicensimam et tertiam et prout libuerit. Sed si non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur. (2) “Habere” sicut pervenire cum effectu accipiendum est.

165. *POMPONIUS libro quinto ad Sabinum*. Venisse ad heredem nihil intellegitur nisi deducto aere alieno.

166. *IDEM libro sexto ad Sabinum*. “Urbana familia” et “rustica” non loco, sed genere distinguitur: potest enim aliquis dispensator non esse servorum urbanorum numero: veluti is, qui rusticarum rerum rationes dispenset ibique habitet. Non multum abest a vilico insularius: autem urbanorum numero

162. *POMPONIO, en el libro segundo a Sabino.* En la sustitución vulgar, en la cual se nombra como sustituto al “último” heredero que muera, rectamente se entiende el substituto respecto del único <heredero>, del mismo modo que en las Doce Tablas se llama “próximo” al agnado, aunque sea único. (1) Si un testador hubiera escrito así: “si algo sucediera a mi hijo, que mi esclavo Dama sea libre”, éste se hará libre al morir el hijo, pues aunque también pueden “suceder” cosas a los que siguen viviendo, corrientemente esa frase significa la muerte.

163. *PAULO, en el libro segundo a Sabino.* Los términos “mejor y mayor” pueden referirse también a uno que es único. Así también, en el edicto del pretor se entienden las “últimas tablas <del testamento>” también como las únicas. (1) Con la palabra “niño” se designa también a la niña, pues también se llaman mujeres puérperas a las que acaban de parir, y en griego se dice “*paidion*”, en general.

164. *ULPIANO, en el libro décimo quinto a Sabino.* No hay discusión acerca de que el término “hijas” se refiere también a una póstuma, aunque es verdad que el <calificativo> “póstuma” no se refiere a la que ya existe entre los seres humanos. (1) El término “partición” no siempre significa la mitad, sino según esté indicado. Puede, en efecto, disponerse que alguno tome la mayor parte, o la vigésima o la tercera, según haya querido <el testador>. Pero si no se ha indicado la porción, se debe la mitad. (2) “Haber” debe entenderse como obtener con efecto <real>.

165. *POMPONIO, en el libro quinto a Sabino.* Se considera que pasó al heredero nada más de lo que queda después de deducir las deudas.

166. *EL MISMO, en el libro sexto a Sabino.* Los esclavos “urbanos” y los “rústicos” no se distinguen por el lugar <en que están>, sino por su clase; puede, en efecto, algún esclavo administrador no entrar en el número de los esclavos urbanos,

est. Videndum tamen est, ipse dominus quorum loco quemque habuerit: quod ex numero familiae et vicariis apparebit. (1) “Pernoctare extra urbem” intellegendus est, qui nulla parte noctis in urbe est: “per” enim totam noctem significat.

167. *ULPIANUS libro vicensimo quinto ad Sabinum.*⁴⁷ “Carbonum” appellatione materiam non contineri: sed an “lignorum”? et fortassis quis dicet nec lignorum: non enim lignorum gratia habuit. Sed et titiones et alia ligna cocta, ne fumum faciant, utrum ligno an carboni an suo generi adnumerabimus? et magis est, ut proprium genus habeatur. Sulpurata quoque de ligno aequae eandem habebunt definitionem. Ad faces quoque parata non erunt lignorum appellatione comprehensa, nisi haec fuit voluntas. Idem et de nucleis olivarum, sed et de balanis est, vel si qui alii nuclei. De pinu autem integri strobili ligni appellatione continebuntur.

168. *PAULUS libro quarto ad Sabinum.*⁴⁸ Pali et perticae in numerum materiae redigendi sunt, et ideo “lignorum” appellatione non continentur.

169. *IDEM libro quinto ad Sabinum.* Non tantum in traditionibus, sed et in emptionibus et stipulationibus et testamentis adiectio haec “uti optimus maximusque est” hoc significat, ut liberum praestetur praedium, non ut etiam servitutes ei debeantur.

170. *ULPIANUS libro trigensimo tertio ad Sabinum.* “Heredis” appellatione omnes significari successores credendum est, etsi verbis non sint expressi.

⁴⁷ = *D.32,55,1,7...10.*

⁴⁸ = *D.32,56.*

como por ejemplo, el que lleva las cuentas de la hacienda rústica y habita allí mismo. No hay mucha diferencia entre un esclavo mayoral y el encargado de cobrar los alquileres de una casa, el cual está en el número de los <esclavos> urbanos. Sin embargo, hay que ver el lugar en que el dueño mismo tuvo a cada uno, lo cual será evidente según el número de esclavos y de los vicarios. (1) “Pernoctar fuera de la Urbe” debe entenderse de quien no está en la urbe en ninguna parte de la noche, pues el prefijo “per” significa toda la noche.

167. *ULPIANO, en el libro vigésimo quinto a Sabino.* En el nombre de “carbones” no se comprende la madera, pero ¿acaso <en el> de “leños” sí? Y quizá alguien diga que no respecto de los leños, pues <el testador> no la tenía como tal. Pero los tizones y otras leñas quemadas para que no hagan humo, ¿los contaremos como leña, como carbón o como un género aparte? Y es mejor que se tenga como un género aparte. También los <leños> sulfurados tendrán la misma definición. Tampoco las cosas dispuestas para hacer teas, estarán comprendidas en el nombre de “leños”, a menos que ésta fuera la voluntad <del testador>. Lo mismo <sucede> con los huesos de las aceitunas, las bellotas y otros huesos vegetales. En cambio, <sí> entran en la palabra “leño” las piñas enteras del pino.

168. *PAULO, en el libro cuarto a Sabino.* Los palos y pértigas deben contarse como madera, y por ello no entran en la denominación de “leños”.

169. *EL MISMO, en el libro quinto a Sabino.* No sólo en las entregas, sino también en las compras, las estipulaciones y los testamentos, la frase “como mejor y mayor está” significa esto: que se entregará el predio libre <de servidumbres>, y no que también se le deban servidumbres.

170. *ULPIANO, en el libro trigésimo tercero a Sabino.* Con el nombre de “heredero” se debe creer que se significa a todos los sucesores, aunque no sean expresados con <estas> palabras.

171. *POMPONIUS libro sexto decimo ad Sabinum.* “Per-venisse ad te” recte dicitur, quod per te ad alium pervenerit, ut in hereditate a liberto per patronum filium familias patri eius adoptivo adquisita responsum est.

172. *ULPIANUS libro trigensimo octavo ad Sabinum.* “Liberti” appellatione etiam libertam contineri placuit.

173. *IDEM libro trigensimo nono ad Sabinum.* “Collegarum” appellatione hi continentur, qui sunt eiusdem potestatis. (1) Qui extra continentia urbis est, “abest”: ceterum usque ad continentia non abesse videbitur.

174. *IDEM libro quadragensimo secundo ad Sabinum.* Aliud est promittere “furem non esse”, aliud “furto noxaeque solutum”: qui enim dicit furem non esse, de hominis proposito loquitur, qui furtis noxaeque solutum, nemini esse furti obligatum promittit.

175. *POMPONIUS libro vicensimo secundo ad Sabinum.* “Faciendi” verbo reddendi etiam causa continetur.

176. *ULPIANUS libro quadragensimo quinto ad Sabinum.* “Solutionis” verbo satisfactionem quoque omnem accipiendam placet. “Solvere” dicimus eum, qui fecit quod facere promisit.

177. *IDEM libro quadragensimo septimo ad Sabinum.*⁴⁹ Natura cavillationis, quam Graeci *σωρίτην* appellaverunt, haec est, ut ab evidenter veris per brevissimas mutationis disputatio ad ea, quae evidenter falsa sunt, perducatur.

⁴⁹ Cf. *D.50,17,65.*

171. *POMPONIO*, en el libro *décimo sexto a Sabino*. Se dice rectamente que “pasó a ti” lo que pasó a otro a través de ti, como se respondió en el caso de la herencia adquirida por un liberto para su padre adoptivo, a través del patrono, hijo de familia.

172. *ULPIANO*, en el libro *trigésimo octavo a Sabino*. Se tuvo a bien que en el nombre de “liberto” se incluyera también a la liberta.

173. *EL MISMO*, en el libro *trigésimo noveno a Sabino*. En el nombre de “colegas” se incluyen los que tienen la misma potestad. (1) El que se encuentra fuera de las partes contiguas de la Urbe “está ausente”; por lo demás, se entenderá que no está ausente <el que se encuentra> aun en las partes contiguas.

174. *EL MISMO*, en el libro *cuadragésimo segundo a Sabino*. Una cosa es prometer que <un esclavo> “no es un ladrón”, y otra que “está libre de responsabilidad noxal por hurto”, pues el que declara que no es ladrón se refiere <sólo> al hábito del esclavo, mientras que el que <declara que> “está libre de responsabilidad noxal por hurto” promete que no está obligado por hurto con nadie.

175. *POMPONIO*, en el libro *vigésimo segundo a Sabino*. En el verbo “hacer” se incluye también la obligación de devolver <algo>.

176. *ULPIANO*, en el libro *cuadragésimo quinto a Sabino*. Se admite que con la palabra “pago” también debe entenderse toda clase de satisfacción <de una obligación>. Decimos que “paga” aquel que hizo lo que prometió hacer.

177. *EL MISMO*, en el libro *cuadragésimo séptimo a Sabino*. La clase de sofisma a la que los griegos llamaron “*sorites*”, es aquella <en la que> un razonamiento se lleva, a través de brevísimas traslaciones, de las proposiciones que son evidentemente verdaderas, a las que son evidentemente falsas.

178. *IDEM libro quadragensimo nono ad Sabinum.* "Pecuniae" verbum non solum numeratam pecuniam complectitur, verum omnem omnino pecuniam, hoc est omnia corpora: nam corpora quoque pecuniae appellatione contineri nemo est qui ambiget. (1) "Hereditas" iuris nomen est, quod et accessionem et decessionem in se recipit: hereditas autem vel maxime fructibus augetur. (2) "Actionis" verbum et speciale est et generale. Nam omnis actio dicitur, sive in personam sive in rem sit petitio: sed plerumque "actiones" personales solemus dicere. "Petitionis" autem verbo in rem actiones significari videntur. "Persecutionis" verbo extraordinarias persecutiones puto contineri, ut puta fideicommissorum et si quae aliae sunt, quae non habent iuris ordinarii executionem. (3) Hoc verbum "debit" omnem omnino actionem comprehendere intellegitur, sive civilis sive honoraria sive fideicommissi fuit persecutio.

179. *IDEM libro quinquagensimo primo ad Sabinum.* Inter haec verba "quanti ea res erit" vel "quanti eam rem esse patet" nihil interest: in utraque enim clausula placet veram rei aestimationem fieri.

180. *POMPONIUS libro trigensimo ad Sabinum.* "Tugurii" appellatione omne aedificium, quod rusticae magis custodiae convenit quam urbanis aedibus, significatur. (1) Ofilius ait tugurium a tecto tamquam tegularium esse dictum, ut toga,⁵⁰ quod ea tegamur.

181. *IDEM libro trigensimo quinto ad Sabinum.* Verbum illud "pertinere" latissime patet: nam et eis rebus petendis aptum est, quae dominii nostri sint, et eis, quas iure aliquo possideamus, quamvis non sint nostri dominii: pertinere ad nos etiam ea dicimus, quae in nulla eorum causa sint, sed esse possint.

⁵⁰ *togam.*

178. *EL MISMO*, en el libro *cuadragésimo noveno a Sabino*. El término “*pecunia*” no sólo comprende el dinero contante, sino en general, toda riqueza, esto es, toda clase de cosas, pues no hay nadie que dude de que la palabra “*pecunia*” también abarca los objetos. (1) <La palabra> “herencia” es un concepto del derecho, que admite aumentos y disminuciones, e inclusive la herencia aumenta especialmente con los frutos. (2) El término “acción” es tanto especial como general, pues se llama así tanto la petición personal como la real, pero generalmente solemos llamar “acciones” a las personales. En cambio, el término “petición” parece significar las acciones reales. En el término “persecución” creo que están contenidas las acciones extraordinarias, como la de fideicomisos y otras semejantes, que no tienen un trámite de derecho ordinario. (3) El término “debía” se entiende que abarca absolutamente toda acción <personal>, sea civil sea honoraria, sea una persecución de fideicomiso.

179. *EL MISMO*, en el libro *quincuagésimo primero a Sabino*. Entre la frase “en lo que valga la cosa” y “en lo que resulte valer la cosa” no hay diferencia alguna, pues en ambas cláusulas se admite que debe hacerse la estimación según el valor verdadero de la cosa.

180. *POMPONIO*, en el libro *trigésimo a Sabino*. La palabra “tugurio” significa toda construcción que es más propia de un cobijo rústico que de una casa urbana. (1) Ofilio dice que “tugurio” viene de “techo” tanto como “tejado”, del mismo modo que <se dice> “toga” porque con ella nos cubrimos.

181. *EL MISMO*, en el libro *trigésimo quinto a Sabino*. El verbo “pertener” es muy amplio, pues es apto para reclamar tanto aquellas cosas que son de nuestra propiedad, como aquellas que poseemos por algún derecho, aunque no sean de nuestra propiedad; también decimos que nos pertenecen aquellas cosas que no se encuentran en ninguna situación de aquéllas, pero que pueden estarlo.

182. *ULPIANUS libro vicensimo septimo ad edictum.* Pater familias liber “peculium” non potest habere, quemadmodum nec servus “bona”.

183. *IDEM libro vicensimo octavo ad edictum.* “Tabernae” appellatio declarat omne utile ad habitandum aedificium, non⁵¹ ex eo quod tabulis cluditur.

184. *PAULUS libro trigensimo ad edictum.* Inde tabernacula et contubernales dicti sunt.

185. *ULPIANUS libro vicensimo octavo ad edictum.* “Instructam” autem tabernam sic accipiemus, quae et rebus et hominibus ad negotiationem paratis constat.

186. *IDEM libro trigensimo ad edictum.* “Commendare” nihil aliud est quam deponere.

187. *IDEM libro trigensimo secundo ad edictum.* Verbum “exactae pecuniae” non solum ad solutionem referendum est, verum etiam ad delegationem.

188. *PAULUS libro trigensimo tertio ad edictum.* “Habere” duobus modis dicitur, altero iure dominii, altero optinere sine interpellatione id quod quis emerit. (1) “Cautum” intellegitur, sive personis sive rebus cautum sit.

189. *IDEM libro trigensimo quarto ad edictum.* “Facere oportere” et hanc significationem habet, ut absteat quis ab eo facto, quod contra conventionem fieret, et curaret ne fiat.

190. *ULPIANUS libro trigensimo quarto ad edictum.* “Provinciales” eos accipere debemus, qui in provincia domicilium habent, non eos, qui ex provincia oriundi sunt.

191. *PAULUS libro trigensimo quinto ad edictum.* Inter “divortium” et “repudium” hoc interest, quod repudiari etiam

⁵¹ *omne aedificium non utile ad habitandum (Mo.).*

182. *ULPIANO, en el libro vigésimo séptimo al edicto.* Un jefe de familia libre no puede tener un “peculio”, como tampoco un esclavo puede tener “bienes”.

183. *EL MISMO, en el libro vigésimo octavo al edicto.* La palabra “taberna” significa todo edificio no útil para habitarse, porque está cerrado con “tablas”; ¹⁵

184. *PAULO, en el libro trigésimo al edicto.* de ahí se dicen <las palabras> “tabernáculo” y “contubernal”.

185. *ULPIANO, en el libro vigésimo octavo al edicto.* Por otra parte, entendemos por taberna “provista o guarnecida” la que consta de las cosas y esclavos dispuestos para un negocio.

186. *EL MISMO, en el libro trigésimo al edicto.* “Encomendar” no es otra cosa que depositar.

187. *EL MISMO, en el libro trigésimo segundo al edicto.* La frase “cantidad cobrada” debe referirse no sólo al pago, sino también a la delegación.

188. *PAULO, en el libro trigésimo tercero al edicto.* Se dice “haber” con dos sentidos: uno, con el de derecho de propiedad, otro con el de obtener sin interpelación lo que alguien compró. (1) Se entiende como “caución” tanto la personal como la real.

189. *EL MISMO, en el libro trigésimo cuarto al edicto.* “Deber hacer” tiene también el significado de que alguien se abstenga de hacer algo contra lo convenido y que se procure que no se haga.

190. *ULPIANO, en el libro trigésimo cuarto al edicto.* Debemos entender por “provinciales” aquellos que tienen su domicilio en la provincia, no aquellos que son oriundos de esa provincia.

191. *PAULO, en el libro trigésimo quinto al edicto.* Entre “divorcio” y “repudio” hay esta diferencia: que puede repudiarse

¹⁵ Sigo la lectura de Mommsen.

futurum matrimonium potest, non recte autem sponsa divor-
tisse dicitur, quod divortium ex eo dictum est, quod in diver-
sas partes eunt qui discedunt.

192. *ULPIANUS libro trigensimo septimo ad edictum.* Haec
adiectio "plurisve" non infinitam pecuniam continet, sed mo-
dicam, ut taxatio haec "solidos decem plurisve" ad minutulam
summam referatur.

193. *IDEM libro trigensimo octavo ad edictum.* Haec verba
"quanti eam rem paret esse" non ad quod interest, sed ad rei
aestimationem referuntur.

194. *ULPIANUS libro quadragensimo tertio ad edictum.*⁵²
Inter "donum" et "munus" hoc interest, quod inter genus et
speciem: nam genus esse donum Labeo a donando dictum,
munus speciem: nam munus esse donum cum causa, ut puta
natalicium, nuptalium.

195. *IDEM libro quadragensimo sexto ad edictum.* Pronun-
tatio sermonis in sexu masculino ad utrumque sexum ple-
rumque porrigitur. (1) "Familiae" appellatio qualiter acci-
piatur, videamus. Et quidem varia accepta est: nam et in
res et in personas deducitur. In res, ut puta in lege duo-
decim tabularum his verbis "adgnatus proximus familiam
habeto". Ad personas autem refertur familiae significatio ita,
cum de patrono et liberto loquitur lex: "ex ea familia",
inquit, "in eam familiam": et hic de singularibus personis
legem loqui constat. (2) Familiae appellatio refertur et ad
corporis cuiusdam significationem, quod aut iure proprio
ipsorum aut communi universae cognationis continetur. Iu-
re proprio familiam dicimus plures personas, quae sunt sub
unius potestate aut natura aut iure subiectae, ut puta patrem
familias, matrem familias, filium familias, filiam familias

⁵² Cf. D.50.16.18.

incluso un matrimonio futuro, pero no se dice correctamente que la desposada se ha divorciado, pues “divorcio” se dice a partir de que los que se separan se van por diversas partes.

192. *ULPIANO, en el libro trigésimo séptimo al edicto.* La frase “o más” no se refiere a una cantidad de dinero ilimitada, sino módica, de manera que la estimación de “diez sueldos o más” se refiere a una suma pequeña.

193. *EL MISMO, en el libro trigésimo octavo al edicto.* Las palabras “en lo que resulte valer la cosa” no se refieren al interés <del demandante>, sino a la estimación de la cosa.

194. *ULPIANO, en el libro cuadragésimo tercero al edicto.* Entre “*donum*” y “*munus*” hay la misma diferencia que entre el género y la especie, pues dice Labeón que “*donum*” es el género, que viene de “donar” y que “*munus*” es la especie, pues *munus* es una donación con causa <justificada>, como la <que se hace con ocasión> de un nacimiento o un matrimonio.

195. *EL MISMO, en el libro cuadragésimo sexto al edicto.* La expresión de un discurso en género masculino se extiende generalmente a ambos sexos. (1) Veamos de qué manera se entiende la palabra “familia”: ciertamente se entiende de diversas formas, pues puede referirse tanto a cosas como a personas. <Se refiere> a cosas, como por ejemplo, en la ley de las Doce Tablas con estas palabras: “que el agnado próximo tenga la familia <para sí>”. En cambio, el significado de familia se refiere a las personas cuando la ley habla del patrono y del liberto, <al decir> “de esa familia” o “a esa familia”, y consta que aquí la ley habla de personas singulares. (2) La palabra familia se refiere también al significado de cualquier grupo <de personas> que está unido por derecho propio de las mismas o por el <derecho> común del parentesco. Por el derecho propio llamamos “familia” a muchas personas que están bajo la potestad de una sola, sujetas <a ella> o por nacimiento o por <un acto de> derecho, como por ejemplo, el cabeza de familia, la madre de fa-

quique deinceps vicem eorum sequuntur, ut puta nepotes et neptes et deinceps. Pater autem familias appellatur, qui in domo dominium habet, recteque hoc nomine appellatur, quamvis filium non habeat: non enim solam personam eius, sed et ius demonstramus: denique et pupillum patrem familias appellamus. Et cum pater familias morietur, quotquot capita et subiecta fuerint, singulas familias incipiunt habere: singuli enim patrum familiarum nomen subeunt. Idemque eveniet et in eo qui emancipatus est: nam et hic sui iuris effectus propriam familiam habet. Communi iure familiam dicimus omnium adgnatorum: nam etsi patre familias mortuo singuli singulas familias habent, tamen omnes, qui sub unius potestate fuerunt, recte eiusdem familiae appellabuntur, qui ex eadem domo et gente proditi sunt. (3) Servitutum quoque solemus appellare familias⁵³ ut in edicto praetoris ostendimus sub titulo de furtis, ubi praetor loquitur de familia publicanorum. Sed ibi non omnes servi, sed corpus quoddam servorum demonstratur huius rei causa paratum, hoc est vectigalis causa. Alia autem parte edicti omnes servi continentur: ut de hominibus coactis et vi bonorum raptorum, item redhibitoria, si deterior res reddatur emptoris opera aut familiae eius, et interdicto unde vi familiae appellatio omnes servos comprehendit sed et filii continentur. (4) Item appellatur familia plurium personarum, quae ab eiusdem ultimi genitoris sanguine

⁵³ *servitutum quoque solemus appellare familias* (Mo.).

milia, el hijo y la hija de familia y los sucesivos, como los nietos, las nietas y sucesivos. Se llama “cabeza de familia” al que tiene dominio en la casa, y se le llama con este nombre rectamente aunque no tenga hijo; en efecto, no indicamos <el significado del término en relación con> la sola persona de éste, sino también con el derecho. Finalmente, llamamos “cabeza de familia” al pupilo. Y cuando muere el cabeza de familia, todos los que estaban sometidos a él, empiezan a constituir distintas familias, pues todos quedan bajo el nombre de “cabezas de familia”. Y lo mismo sucede también con el que es emancipado, pues también éste, al hacerse independiente, tiene su propia familia. Por el derecho común <de parentesco> llamamos “familia” a la de todos los agnados, pues aunque, al morir el cabeza de familia, todos tienen sus propias familias, sin embargo, todos los que habían estado bajo la misma potestad podrán ser llamados propiamente de la misma familia, porque proceden de la misma casa y stirpe. (3) También solemos llamar “familia” <al conjunto> de esclavos,¹⁶ como expusimos en el edicto del pretor bajo el título sobre los hurtos, donde el pretor habla de la “familia de los publicanos”. Pero allí no se refiere a todos los esclavos, sino a un conjunto de algunos esclavos destinados a esa causa, esto es, a la recaudación de impuestos. En otra parte del edicto <la expresión> incluye a todos los esclavos <de un solo dueño>, como en la <acción> de cuadrilla o de robo, así como <en la acción> redhibitoria, si una cosa <comprada> se devuelve deteriorada por obra del comprador o de “su familia <de esclavos>”; y en el interdicto “de donde con violencia” la palabra “familia” comprende a todos los esclavos, pero también a los hijos. (4) Asimismo se llama “familia” a la de varias personas que proceden de la sangre de un mismo progenitor, el más lejano, (como cuando decimos la “fa-

¹⁶ Véase la nota al texto latino.

proficiscuntur (sicuti dicimus familiam Iuliam), quasi a fonte quodam memoriae. (5) Mulier autem suae et caput et finis est.

196. *GAIUS libro sexto decimo ad edictum provinciale.* Familiae appellatione et ipse princeps familiae continetur. (1) Feminarum liberos in familia earum non esse palam est, quia qui nascuntur, patris familiam sequuntur.

197. *ULPIANUS libro quinquagesimo ad edictum.* "Indicasse" est detulisse: "arguisse" accusasse et convicisse.

198. *IDEM libro secundo de omnibus tribunalibus.* "Urbana praedia"⁵⁴ omnia aedificia accipimus, non solum ea quae sunt in oppidis, sed et si forte stabula sunt vel alia meritoria in villis et in vicis, vel si praetoria voluptati tantum deservientia: quia urbanum praedium non locus facit, sed materia. Proinde hortos quoque, si qui sunt in aedificiis constituti, dicendum est urbanorum appellatione contineri. Plane si plurimum horti in reditu sunt, vinearii forte vel etiam holitorii, magis haec non sunt urbana.

199. *IDEM libro octavo de omnibus tribunalibus.* "Absentem" accipere debemus eum, qui non est eo loci, in quo loco petitur: non enim trans mare absentem desideramus: et si forte extra continentia urbis sit, abest. Ceterum usque ad continentia non abesse videbitur, si non latitet. (1) Abesse non videtur, qui ab hostibus captus est, sed qui a latronibus detinetur.

200. *IULIANUS libro secundo digestorum.* Haec stipulatio "noxis solutum praestari" non existimatur ad eas noxas

⁵⁴ Cf. *D.27,9,1.*

milia Julia”), como memorias que provienen de una misma fuente. (5) La mujer <independiente> es cabeza y fin de su <familia>.

196. *GAYO, en el libro décimo sexto al edicto provincial.* En la palabra “familia” se incluye también al mismo cabeza de la familia. (1) Los descendientes de mujeres, es evidente que no están en la familia de ellas, porque los que nacen <de ellas> siguen la familia del padre.

197. *ULPIANO, en el libro quincuagésimo al edicto.* “Haber indicado <un crimen>” es haberlo denunciado; “haber argüido” es haber acusado y convencido <al reo de un crimen>.

198. *EL MISMO, en el libro segundo sobre todos los tribunales.* Entendemos por “predios urbanos” todos los edificios y no sólo los que están en las ciudades, sino también los albergues u otros cuartos de alquiler, si acaso los hay en las fincas y en las aldeas, o los palacios destinados sólo al recreo, porque el lugar no hace urbano a un predio, sino su construcción. Por lo tanto, también de los huertos que están situados en los edificios debe decirse que están incluidos en el nombre de “urbanos”. Claro que si ordinariamente los huertos están en renta, como los de viña o incluso los de hortalizas, más bien éstos no son <predios> urbanos.

199. *EL MISMO, en el libro octavo sobre todos los tribunales.* Debemos entender por “ausente” aquel que no está en el lugar en que se le demanda; pues no reclamamos al ausente que esté al otro lado del mar; y si está fuera de los lugares contiguos de la Urbe, <se considera que> está ausente; pero, si está dentro de ellos, se considerará ausente, a no ser que esté escondido. (1) No se considera que está “ausente” el que fue capturado por los enemigos, pero sí el que fue detenido por bandidos.

200. *JULIANO, en el libro segundo de los digestos.* La estipulación de “indemnizar al esclavo que está libre de responsabili-

pertinere, quae publicam exercitationem et coercionem capitalem habent.

201. *IDEM libro octagesimo primo digestorum.* Iusta interpretatione recipiendum est, ut appellatione “filii”, sicuti filiam familias contineri saepe respondebimus, ita et nepos videatur comprehendi, et “patris” nomine avus quoque demonstrari intellegatur.

202. *ALFENUS VARUS libro secundo digestorum.* Cum in testamento scriptum esset, ut heres in funere aut in monumento “dumtaxat aureos centum” consumeret, non licet minus consumere: si amplius vellet, licet, neque ob eam rem contra testamentum facere videtur.

203. *IDEM libro septimo digestorum.* In lege censoria portus Siciliae ita scriptum erat: “servos, quos domum quis ducet suo usu, pro is portorium ne dato”. Quaerebatur, si quis a Sicilia servos Romam mitteret fundi instruendi causa, utrum pro his hominibus portorium dare deberet nec ne. Respondit duas esse in hac scriptura quaestiones, primam quid esset “domum ducere”, alteram, quid esset “suo usu ducere”. Igitur quaeri soleret, utrum, ubi quisque habitaret sive in provincia sive in Italia, an dumtaxat in sua cuiusque patria domus esse recte diceretur. Sed de ea re constitutum esse eam domum unicuique nostrum debere existimari, ubi quisque sedes et tabulas haberet suarumque rerum constitutionem fecisset. Quid autem esset “usu suo”, magnam habuisse dubitationem. Et magis placet, quod victus sui causa paratum est, tantum contineri. Itemque de servis eadem ratione quaeri, qui eorum usus sui causa parati essent? Utrum dispensatores, insularii, vilici, atrienses, textores,

dad noxal” no parece referirse a aquellos delitos que merecen una reprensión pública y un castigo capital.

201. *EL MISMO*, en el libro octagésimo primero de los *digestos*. Según una justa interpretación, debe admitirse que en el nombre de “hijo, así como muchas veces responderemos que se incluye a la hija de familia, parece que también está comprendido el nieto, y que con el nombre de “padre” se entiende que se designa también al abuelo.

202. *ALFENO VARO*, en el libro segundo de los *digestos*. Cuando en un testamento se escribe que el heredero gaste en un entierro o en una sepultura “sólo hasta cien áureos”, no está permitido gastar menos; si quisiera gastar más, se permite, y no parece por ello obrar contra el testamento.

203. *EL MISMO*, en el libro séptimo de los *digestos*. En la ley censoria del puerto de Sicilia estaba escrito lo siguiente: “por aquellos esclavos que alguien lleve a su casa para su uso particular, no pague el portazgo”. Se preguntaba si alguien debía pagar o no el portazgo <relacionado> con los esclavos que llevara de Sicilia a Roma para la preparación de un fundo. Respondió que en este texto son dos las cuestiones: la primera, qué sea “llevar a su casa”, y la segunda, qué sea “llevar para su uso <particular>”. Por tanto, suele preguntarse si se dice rectamente que la casa de cada quien está donde cada quien habita, sea en una provincia, sea en Italia, o solamente en su patria. Pero sobre este propósito se ha decidido, en constituciones imperiales, que la casa de cada uno de nosotros debe entenderse como el lugar donde cada quien tiene su lugar de residencia, sus registros de cuentas y la organización de sus actividades. Qué sea “su uso particular” ofreció una gran duda. Y prevalece la opinión de que sólo se incluye lo que ha sido adquirido para su cuidado personal. E igualmente, con relación a los esclavos, se pregunta de la misma manera: ¿cuáles de ellos fueron adquiridos para su uso personal? ¿Acaso los administradores, los en-

operarii quoque rustici, qui agrorum colendorum causa haberentur, ex quibus agris pater familias fructus caperet, quibus se toleraret, omnes denique servos,⁵⁵ quos quisque emisset, ut ipse haberet atque eis ad aliquam rem uteretur, neque ideo emisset, ut venderet? Et sibi videri eos demum usus sui causa patrem familias habere, qui ad eius corpus tuendum atque ipsius cultum praepositi destinatique essent, quo in genere iunctores, cubicularii, coci, ministratores atque alii, qui ad eiusmodi usum parati essent, numerarentur.

204. *PAULUS libro secundo epitomarum Alfeni.* "Pueri" appellatio tres significationes habet: unam, cum omnes servos pueros appellaremus: alteram, cum puerum contrario nomine puellae diceremus: tertiam, cum aetatem puerilem demonstraremus.

205. *IDEM libro quarto epitomarum Alfeni.* Qui fundum vendidit, "pomum" recepit: nuces et ficos et uvas dumtaxat duracinas et purpureas et quae eius generis essent, quas non vini causa haberemus, quas Graeci τρωξίμους appellarent, recepta videri.

206. *IULIANUS libro sexto ex Minicio.* "Vinaria" vasa proprie vasa torcularia esse placet: dolia autem et serias tamdiu in ea causa esse, quamdiu vinum habent, cum sine vino esse desinerent, in eo numero non esse,⁵⁶ quoniam ad alium usum transferri possent, veluti si frumentum in his addatur. Eandem causam amphorarum esse, ut, cum vinum

⁵⁵ *Del.: servos (Mo.).*

⁵⁶ *cum sine vino essent, desinere in eo numero esse (Mo.).*

cargados de cobrar los alquileres de una casa, los mayorales, los porteros, los tejedores y también los labradores rústicos que se tienen para el cultivo de los campos, de los cuales campos el cabeza de familia recoge los frutos para sustentarse; en fin, todos los esclavos¹⁷ que alguien haya comprado para tenerlos él mismo y servirse de ellos para alguna cosa, y no los compró para revenderlos. Y es evidente que el cabeza de familia tiene sólo para su servicio <particular> a los que han sido encargados y destinados a atender su cuerpo y su cuidado personal, en cuya clase se enumeran: los enjaezadores, los ayudantes de cámara, los cocineros, los servidores personales y otros que hayan sido adquiridos para un uso semejante.

204. *PAULO, en el libro segundo de los épitomes de Alfeno.* La palabra “niño” tiene tres significados: uno, cuando llamamos “niños” a todos <nuestros> esclavos; otra, cuando hablamos de niños con el nombre opuesto a “niñas”; el tercero, cuando nos referimos a la edad pueril.

205. *EL MISMO, en el libro cuarto de los épitomes de Alfeno.* El que vendió un fundo, se reservó la “fruta”: se consideran reservadas las nueces y los higos, y de entre las uvas, sólo las duras, las rojas y las que son de la clase que no tenemos para hacer vino, que los griegos llaman “*troxímoi*”.

206. *JULIANO, en el libro sexto de Minicio.* Se admite que los recipientes “del vino” son propiamente los del lagar: las tinajas y las vasijas de barro lo son en tanto contienen vino, y no se cuentan cuando dejan de tener vino,¹⁸ pues pueden cambiarse para otro uso, como por ejemplo, si se llenan con granos. Lo mismo vale para las ánforas, que, en tanto contengan vino, entran en los recipientes “del vino”; cuando están vacíos

¹⁷ Véase la nota al texto latino.

¹⁸ Véase la lectura de Mommsen.

habeant, tum in vasis vinariis, cum inanes sint, tum extra numerum vinariorum sint, quia aliud in his addi possit.

207. *AFRICANUS libro tertio quaestionum*. “Mercis” appellatione homines non contineri Mela ait: et ob eam rem mangones non mercatores, sed venaliciarios appellari ait, et recte.

208. *IDEM libro quarto quaestionum*. “Bonorum” appellatio, sicut hereditatis, universitatem quandam ac ius successionis et non singulas res demonstrat.

209. *FLORENTINUS libro decimo institutionum*. “Coram Titio” aliquid facere iussus non videtur praesente eo fecisse, nisi is intellegat: itaque si furiosus aut infans sit aut dormiat, non videtur coram eo fecisse. Scire autem, non etiam velle is debet: nam et invito eo recte fit quod iussum est.

210. *MARCIANUS libro septimo institutionum*. Is, qui natus est ex mancipiis urbanis et missus est in villam nutriendus, in urbanis servis constituetur.

211. *FLORENTINUS libro octavo institutionum*. “Fundus” appellatione omne aedificium et omnis ager continetur. Sed in usu urbana aedificia “aedes”, rustica “villae” dicuntur. Locus vero sine aedificio in urbe “area”, rure autem “ager” appellatur. Idemque ager cum aedificio “fundus” dicitur.

212. *ULPIANUS libro primo de adulteriis*. “Praevaticatores” eos appellamus, qui causam adversariis suis donant et ex parte actoris in partem rei concedunt: a varicando enim praevaticatores dicti sunt.

213. *IDEM libro primo regularum*. “Cedere diem” significat incipere deberi pecuniam: “venire diem” significat eum diem

quedan fuera de <dicha clase>, porque puede añadirse otra cosa en ellos.

207. *AFRICANO*, en el libro tercero de las cuestiones. Mela dice que en el nombre de “mercancía” no se comprenden los esclavos, y dice que por eso los vendedores de esclavos no se llaman “mercaderes”, sino “comerciantes de esclavos”, y con razón.

208. *EL MISMO*, en el libro cuarto de las cuestiones. La palabra “bienes”, así como “herencia”, denotan algún conjunto, e incluso el derecho de sucesión, y no las cosas singulares <que los componen>.

209. *FLORENTINO*, en el libro décimo de las instituciones. El que debe hacer algo “en presencia de Ticio” no se considera que lo haya hecho en su presencia, a no ser que Ticio se dé cuenta. Así pues, si es un loco o un niño pequeño, o está dormido, no se considera que se haya hecho en su presencia: éste debe entenderlo, pero no debe consentir, pues también en contra de su voluntad se hace rectamente lo que debe hacerse.

210. *MARCIANO*, en el libro séptimo de las instituciones. El <esclavo> que nace de esclavos urbanos y que es enviado a la finca para su crianza, se cuenta entre los esclavos urbanos.

211. *FLORENTINO*, en el libro octavo de las instituciones. En la palabra “fundo” se incluye todo edificio y todo agro, pero los edificios, en relación con su uso, se denominan “casas” y los rústicos “villas”. En verdad, un terreno sin edificio dentro de la urbe se llama “solar”; pero en el campo se llama “agro”. De igual modo, un agro con edificio se llama fundo.

212. *ULPIANO*, en el libro primero sobre los adulterios. Llamamos “prevaricadores” a los que conceden su causa a los adversarios y pasan de la parte del actor a la parte del reo. Se llaman prevaricadores porque “varían” de posición.

213. *EL MISMO*, en el libro primero de las reglas. “Ceder el día” significa que empieza a deberse una cantidad; “venir el día”

venisse, quo pecunia peti possit. Ubi pure quis stipulatus fuerit, et cessit et venit dies: ubi in diem, cessit dies, sed nondum venit: ubi sub condicione, neque cessit neque venit dies pendente adhuc condicione. (1) "Aes alienum" est, quod nos aliis debemus: "aes suum" est, quod alii nobis debent. (2) "Lata culpa" est nimia negligentia, id est non intellegere quod omnes intellegunt.

214. *MARCIANUS libro primo publicorum iudiciorum.* "Munus" proprie est, quod necessarie obimus lege more imperiove eius, qui iubendi habet potestatem. "Dona" autem proprie sunt, quae nulla necessitate iuris officii et sponte praestantur: quae si non praestentur, nulla repraehensio est et, si praestentur, plerumque laus inest. Sed in summa in hoc ventum est, ut non quodcumque munus, id et donum accipiatur, at quod donum fuerit, id munus recte dicatur.

215. *PAULUS libro singulari ad legem Fufiam Caniniam.* "Potestatis" verbo plura significantur: in persona magistratuum imperium: in persona liberorum patria potestas: in persona servi dominium. At cum agimus de noxae deditioe cum eo qui servum non defendit, praesentis corporis copiam facultatemque significamus. In lege Atinia in potestatem domini rem furtivam venisse videri, et si eius vindicandae potestatem habuerit, Sabinus et Cassius aiunt.

216. *ULPIANUS libro primo ad legem Aeliam Sentiam.* Verum est eum, qui in carcere clusus est, non videri neque "vinctum" neque "in vinculis" esse, nisi corpori eius vincula sint adhibita.

217. *IAVOLENUS libro primo ex posterioribus Labeonis.*

significa que ha llegado el día en que se puede exigir la cantidad. Cuando alguien ha estipulado sin condición <ni término> el día “cede” y “viene” a la vez; cuando <se ha estipulado> con un término, el día “cede” pero no “viene”; cuando <se ha estipulado> bajo condición, el día ni “cede” ni “viene”, mientras queda pendiente la condición. (1) “Dinero ajeno” es lo que nosotros debemos a otros; “dinero propio” es lo que otros nos deben. (2) “Culpa lata” es la negligencia excesiva, es decir, no comprender lo que todos comprenden.

214. *MARCIANO, en el libro primero de los juicios públicos.* “Obsequio” es propiamente el que asumimos necesariamente por la ley, por la costumbre o por el imperio de aquel que tiene la potestad de mandar. Las “donaciones” son, propiamente, las que se entregan sin necesidad de derecho, por deber moral y espontáneamente, no entregándose las cuales no hay censura, y si se entregan, generalmente redundan en alabanza. Pero, en suma, se ha llegado al punto en que se diga rectamente que no cualquier regalo se tome como donación, pero que lo que fuere donado <sí se tome> como regalo.

215. *PAULO, en el libro único a la ley Fufia Caninia.* Con la palabra “potestad” se indican varias cosas: con respecto a los magistrados, el imperio; con respecto a los hijos, la patria potestad; con respecto al esclavo, la propiedad. Pero cuando ejercitamos una acción noxal contra el <dueño> que no defiende al esclavo, llamamos “poder” a la facultad de disponer del cuerpo presente <de éste>. En la ley Atinia, es evidente que la cosa hurtada volvió a la potestad de su propietario, si <éste> tenía la potestad de reivindicarla, según dicen Sabino y Casio.

216. *ULPIANO, en el libro primero a la ley Elia Sencia.* Es cierto que el que está encerrado en una cárcel no se considera que está que está “atado” ni “en cadenas”, a no ser que se hayan puesto las cadenas a su cuerpo.

217. *JAVOLENO, en el libro primero de los últimos de*

Inter illam condicionem “cum dari potuerit” et “postquam dari potuerit” multum interest: nam posteriorem scripturam uberiorem esse constat, “cum dari potuerit” artiolem et id tantummodo tempus significari, quo primum dari possit. (1) Item ita data condicione “illud facito in diebus”, si nihil praeterea fuisset adiectum, in biduo condicionem impleri oportet.

218. *PAPINIANUS libro vicensimo septimo quaestionum.* Verbum “facere” omnem omnino faciendi causam complectitur dandi, solvendi, numerandi, iudicandi, ambulandi.

219. *IDEM libro secundo responsorum.* In conventionibus contrahentium voluntatem potius quam verba spectari placuit. Cum igitur ea lege fundum vectigalem municipes locaverint, ut ad heredem eius qui suscepit pertineret, ius heredum ad legatarium quoque transferri potuit.

220. *CALLISTRATUS libro secundo quaestionum.* “Liberorum” appellatione nepotes et pronepotes ceterique qui ex his descendunt continentur: hos enim omnes suorum appellatione lex duodecim tabularum comprehendit. Totiens enim leges necessariam ducunt cognationem singulorum nominibus uti (veluti filii, nepotis, pronepotis ceterorumve qui ex his descendunt), quotiens non omnibus, qui post eos sunt, praestitum voluerint, sed solis his succurrent, quos nominatim enumerent. At ubi non personis certis, non quibusdam gradibus praestatur, sed omnibus, qui ex eodem genere orti sunt, liberorum appellatione comprehenduntur. (1) Sed et Papius Fronto libro tertio responsorum ait praedio cum vilico et contubernali eius et filiis legato nepotes quoque ex filiis contineri, nisi

Labeón. Entre la condición “cuando pueda hablar” y “después de que pueda hablar” <en referencia a la infancia> hay mucha diferencia: pues consta que la segunda expresión es más amplia, y la de “cuando pueda hablar” <es> más limitada, y sólo se refiere al momento en que se puede hablar por primera vez. (1) Asimismo, dada la condición de “que haga tal cosa en < pocos> días”, y si después no se añade nada, debe cumplirse la condición en dos días.

218. *PAPINIANO*, en el libro vigésimo séptimo de las cuestiones. El verbo “hacer” comprende absolutamente toda clase de causa de hacer: de dar, de pagar, de entregar dinero, de juzgar, de pasear.

219. *EL MISMO*, en el libro segundo de las respuestas. Se tuvo a bien que en los convenios debe atenderse más a la voluntad de los contratantes que a las palabras. Así pues, cuando los munícipes hubieran arrendado un fundo vectigal con la condición de que perteneciera al “heredero” del que <lo> tomó, el derecho <transmisible> a los herederos puede transferirse también a un legatario.

220. *CALISTRATO*, en el libro segundo de las cuestiones. En la palabra “descendientes” se incluyen los nietos, los bisnietos y los demás que de ellos descienden, pues a todos éstos se abarca con la palabra “los suyos” en la ley de las Doce Tablas. En efecto, las leyes consideran que el parentesco necesario emplee los términos de cada uno (como el de hijo, el de nieto, el de bisnieto y los otros que de ellos descienden); no a todos los que descienden de éstos, sino a los que son expresamente mencionados. Pero cuando no se atribuye <algo> a personas determinadas por el grado de parentesco, sino a todos los nacidos de la misma stirpe, se comprenden en la palabra “descendientes”. (1) Pero también Papirio Frontón, en el libro tercero de sus respuestas, dice que cuando un predio es legado con su esclavo mayoral, la mujer de éste y sus hijos, se incluyen también

voluntas testatoris aliter habeat: filii enim appellatione saepe et nepotes accipi multifariam placere. (2) Divus quoque Marcus rescripsit non videri sine liberis defunctum, qui nepotem suum heredem reliquit. (3) Praeter haec omnia natura nos quoque docet parentes pios, qui liberorum procreandorum animo et voto uxores ducunt, filiorum appellatione omnes qui ex nobis descendunt continere: nec enim dulciore nomine possumus nepotes nostros quam filii appellare. Etenim idcirco filios filiasve concipimus atque edimus, ut ex prole eorum earumve diuturnitatis nobis memoriam in aevum relinquamus.

221. *PAULUS libro decimo responsorum.* Paulus respondit falsum tutorem eum vere dici, qui tutor non est, sive habenti⁵⁷ tutor datus est sive non: sicut falsum testamentum, quod testamentum non est, et modius iniquus, qui modius non est.

222. *HERMOGENIANUS libro secundo iuris epitomarum.* "Pecuniae" nomine non solum numerata pecunia, sed omnes res tam soli quam mobiles et tam corpora quam iura continentur.

223. *PAULUS libro secundo sententiarum.* Latae culpaefinis est non intellegere id quod omnes intellegunt. (1)⁵⁸ "Amicos" appellare debemus non levi notitia coniunctos, sed quibus fuerint in iura cum patre familias honestis familiaritatis quaesita rationibus.⁵⁹

⁵⁷ Ins. *tutorem* (Mo.).

⁵⁸ Cf. *D.26,6,2*, pr.

⁵⁹ *quibus fuerint vincula cum patre familias familiaritatis honestis quaesita rationibus* (Mo.).

los nietos nacidos de los hijos, a no ser que la voluntad del testador lo disponga de otro modo, pues en muchas partes frecuentemente se admite que en la palabra “hijos” se incluyan también los nietos. (2) También el divino Marco <Aurelio> dijo en un rescripto que no parece haber muerto sin descendencia el que dejó un nieto como heredero <de propio derecho>. (3) Por lo demás, también la naturaleza nos enseña que los padres píos, que contraen matrimonio con la intención y deseo de procrear hijos, comprenden en la palabra “hijos” a todos los que de ellos descienden; pues no podemos llamar a nuestros nietos con un nombre más dulce que el de hijos. En efecto, por ello concebimos y damos a luz hijos o hijas para dejar al tiempo de la diuturnidad el recuerdo permanente por la estirpe de aquéllos o aquéllas.

221. *PAULO, en el libro décimo de las respuestas.* Paulo respondió que se llama propiamente “falso tutor” al que no es tutor, ya sea que se haya dado o no un tutor al que <lo>¹⁹ tiene; del mismo modo que <se llama> falso testamento el que no es un testamento, y modio falso el que no es un modio.

222. *HERMOGENIANO, en el libro segundo de los epitomes del derecho.* En la palabra “pecunia” se comprenden, no sólo el dinero contante, sino todas las cosas, tanto inmuebles como muebles, y tanto las cosas corporales como los derechos.

223. *PAULO, en el libro segundo de las sentencias.* El límite de la “culpa lata” es el no comprender lo que todos comprenden. (1) Debemos llamar “amigos”, no a los unidos por conocimiento superficial, sino a quienes estuvieron con el cabeza de familia en vínculos adquiridos por razones honestas de familiaridad.²⁰

¹⁹ Véase la nota al texto latino.

²⁰ Sigo la lectura de Mommsen.

224. *VENULEIUS libro septimo stipulationum.* “Vinculorum” appellatione vel privata vel publica vincula significant, “custodiae” vero tantum publicam custodiam.

225. *TRYPHONINUS libro primo disputationum.* “Fugitivus” est non is, qui solum consilium fugiendi a domino suscepit, licet id se facturum iactaverit, sed qui ipso facto fugae initium mente deduxerit.⁶⁰ Nam et furem adulterum alcatorem quamquam aliqua significatione ex animi propositione cuiusque sola quis dicere posset, ut etiam is, qui numquam alienam rem invito domino subtraxerit, numquam alienam matrem familias corruperit, si modo eius mentis sit, ut occasione data id commisurus sit, tamen oportere eadem haec crimina adsumpto actu intellegi. Et ideo fugitivum quoque et erronem non secundum propositionem solam, sed cum aliquo actu intellegi constat.

226. *PAULUS libro primo manualium.* Magna neglegentia culpa est: magna culpa dolus est.

227. *IDEM libro secundo manualium.* Ex illa parte edicti “tum quem ei heredem esse oportet” heredis in heredibus bonorum possessio non defertur. (1) Item in substitutione his verbis “quisquis mihi heres erit” proximus heres tantum significatur: immo non tantum proximus heres, sed etiam scriptus.

228. *IDEM libro singulari de cognitionibus.* “Municipes” intellegendi sunt et qui in eodem municipio nati sunt.

⁶⁰ *fugae vitium mentis detexerit* (Mo.).

224. *VENULEYO*, en el libro séptimo de las estipulaciones. Con la palabra “cadenas” se designan las cadenas privadas o las públicas, pero con “custodia”, tan sólo la prisión pública.

225. *TRIFONINO*, en el libro primero de las disputas. El esclavo “fugitivo” no es el que recibió el consejo de escapar de su sueño, aunque se jactara de que lo iba a hacer, sino el que, por el hecho mismo de la fuga, le había dado inicio en su mente.²¹ Pues también alguien podría llamar ladrón, adúltero, o jugador <a un esclavo>, aunque con otro significado, por el simple propósito del ánimo de alguien, de modo que <se llamaría así> incluso aquel que nunca haya sustraído una cosa ajena contra la voluntad de su propietario, <ni> haya corrompido nunca a alguna madre de familia ajena, si es que tuviera tal intención, que, presentada la ocasión, cometería ese hecho; sin embargo, deben entenderse estas mismas cosas como delitos una vez que se ha añadido el acto. Así pues, consta que se es <esclavo> fugitivo o vagabundo no por el solo propósito, sino por algún acto <en ese sentido>.

226. *PAULO*, en el libro primero de los manuales. La magna negligencia es culpa y la magna culpa es dolo.

227. *EL MISMO*, en el libro segundo de los manuales. Por aquella parte del edicto “luego, quien deba ser su heredero” no se ofrece la posesión de los bienes <hereditarios> a los herederos del heredero. (1) Asimismo, en la substitución, cuando se dice “quienquiera que sea mi heredero” se indica tan sólo al heredero próximo, o más bien, no sólo al heredero próximo, sino también al testamentario.

228. *EL MISMO*, en el libro único sobre las cogniciones. Por “municipes” deben entenderse también los que han nacido en el mismo municipio.

²¹ Véase la nota al texto latino.

229. *IDEM libro singulari de tacitis fideicommissis.* “Transacta finitave” intellegere debemus non solum quibus controversia fuit, sed etiam quae sine controversia sint possessa:

230. *IDEM libro singulari ad senatus consultum Orfitianum.* ut sunt iudicio terminata, transactione composita, longioris temporis silentio finita.

231. *IDEM libro singulari ad senatus consultum Tertullianum.* Quod dicimus eum, qui nasci speratur, pro superstitute esse, tunc verum est, cum de ipsius iure quaeritur: aliis autem non prodest nisi natus.

232. *GAIUS libro primo de verborum obligationibus.* Haec enuntiatio “quae sunt pluris ‘aureorum’ triginta” simul et quantitatis et aestimationis significativa est.

233. *IDEM libro primo ad legem duodecim tabularum.* “Si calvitur”: et moretur et frustretur. Inde et calumniatores appellati sunt, quia per fraudem et frustrationem alios vexarent libitibus: inde et cavillatio dicta est. (1) Post kalendas Ianuarias die tertio pro salute principis vota suscipiuntur. (2) “Telum” volgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: sed non minus omne significatur, quod mittitur manu: ita sequitur, ut et lapis et lignum et ferrum hoc nomine contineatur: dictumque ab eo, quod in longinquum mittitur, Graeca voce figuratum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ. Et hanc significationem invenire possumus et in Graeco nomine: nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι.⁶¹ Admonet nos

⁶¹ *Id est: a iaciendo.*

229. *EL MISMO*, en el libro único sobre los fideicomisos tácitos. “Transigidas o concluidas” debemos entenderlo no sólo <respecto a aquellas cosas> sobre las que hubo alguna controversia, sino también <respecto a> las poseídas sin controversia,

230. *EL MISMO*, en el libro único acerca del senadoconsulto *Orfitiano*. como son <los asuntos> terminados a través de un juicio, arreglados por transacción o caducados por el silencio de un largo tiempo.

231. *EL MISMO*, en el libro único acerca del senadoconsulto *Tertuliano*. Lo que decimos de aquel que se espera que nazca, que se dé por supérstite, es cierto cuando se trata de su derecho, pues para otros <efectos> no cuenta, excepto ya nacido.

232. *GAYO*, en el libro primero sobre las obligaciones de las palabras. La frase “las cosas que sean de más de treinta áureos” se refiere tanto a una cantidad como a la estimación <de un objeto>.

233. *EL MISMO*, en el libro primero a la ley de las Doce Tablas. <La frase> “si se engaña” <significa> demorarse y frustrar <el litigio>; de ahí que se llamen calumniadores <los que> vejan a otros con litigios a través del fraude y del engaño; de ahí también que <al sofisma> se <le> llame “cavilación”. (1) El tercer día después de las kalendas de enero se hacen los votos por la salud del príncipe. (2) El “dardo” <que se lanza> se llama corrientemente a lo que se lanza con un arco, pero no menos indica todo lo que se lanza con la mano; así se sigue que también <las armas de> la piedra, la madera y el hierro se incluyan en esta palabra; y la palabra viene de aquello que se manda lejos, derivada del griego “*apò toû telou*”. Y este significado podemos encontrarlo también en la palabra griega, pues lo que nosotros llamamos “*telum*”, ellos lo llaman “*bélos*”, de “*bállesthai*” o lanzar.²² Ya

²² Véase la nota al texto latino.

Xenophon,⁶² nam ita scribit: καὶ τὰ βέλη ὁμόσε ἐφέρετο, λόγχοι τοξέυματα σφενδόναι, πλείστοι δὲ καὶ λίθοι.⁶³ Et id, quod ab arcu mittitur, apud Graecos quidem proprio nomine τόξευμα vocatur, apud nos autem communi nomine telum appellatur.

234. *IDEM libro secundo ad legem duodecim tabularum.* Quos nos hostes appellamus, eos veteres “perduelles” appellabant, per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset. (1) “Locuples” est, qui satis idonee habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit. (2) Verbum “vivere” quidam putant ad cibum pertinere: sed Ofilius ad Atticum ait his verbis et vestimenta et stramenta contineri, sine his enim vivere neminem posse.

235. *IDEM libro tertio ad legem duodecim tabularum.* “Ferri” proprie dicimus, quae quis suo corpore baiulat: “portari” ea, quae quis iumento secum ducit: “agi” ea, quae animalia sunt. (2) “Fabros tignarios” dicimus non eos dumtaxat, qui tigna dolarent, sed omnes qui aedificarent.

236. *IDEM libro quarto ad legem duodecim tabularum.* Qui “venenum” dicit, adicere debet, utrum malum an bonum: nam et medicamenta venena sunt, “quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum naturam eius, cui adhibitum esset, mutat”. Cum id quod nos venenum appellamus, Graeci φάρμακον dicunt, apud illos quoque tam medicamenta quam quae nocent, hoc nomine continentur: unde adiectione alterius nomine distinctio fit. Admonet nos

⁶² *Anab.* 5,2,14.

⁶³ *Id est: et tela simul coniciebantur, iacula sagittae glandes, etiam plurimi lapides.*

nos lo indica Jenofonte,²³ pues así escribe: “y lanzaban a la vez *“béle”*: dardos, flechas, balas, y la mayoría piedras <con las manos>”.²⁴ Y lo que se lanza con el arco, entre los griegos se llama con un término propio, *“tóxeuma”*, y entre nosotros, con el común de *“telum”*.

234. *EL MISMO*, en el libro segundo a la ley de las Doce Tablas. A los que nosotros llamamos “enemigos públicos”, los antiguos los llamaban *“perduelles”*, indicando con esa adición aquellos con los que se estaba en guerra. (1) “Solvente” es el que tiene patrimonio suficiente para restituir la cosa que el demandante reclama. (2) El verbo “vivir” creen algunos que alude a la alimentación, pero Ofilio, <en su obra *ad Atticum*>, dice que con estas palabras se comprenden también el vestido y las mantas, pues nadie puede vivir sin ellos.

235. *EL MISMO*, en el libro tercero a la ley de las Doce Tablas. “Llevar” decimos propiamente de las cosas que alguien lleva sobre el propio cuerpo; “portar”, de las cosas que alguien lleva consigo sobre un animal; “conducir”, de las cosas que son animales. (1) “Carpinteros” llamamos, no sólo a los que trabajan las vigas <de madera para la construcción>, sino a todos los que construyen.

236. *EL MISMO*, en el libro cuarto a la ley de las Doce Tablas. El que habla de “droga” debe añadir si se trata de la buena o de la mala, pues los medicamentos son también drogas, porque en ese término se incluye todo lo que, suministrado, muda la naturaleza de aquel a quien se suministra. Como aquello que nosotros llamamos *“venenum”*, los griegos lo llaman *“fármakon”*, entre ellos también tanto los medicamentos como las drogas que dañan se incluyen bajo este término, de donde se hace la distinción con la adición de otro nombre. Nos lo

²³ Véase la nota al texto latino.

²⁴ Véase la nota al texto latino.

summus apud eos poetarum Homerus;⁶⁴ nam sic ait: φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.⁶⁵ (1) “Glandis” appellatione omnis fructus continetur, ut Iavolenus ait, exemplo Graeci sermonis, apud quos omnes arborum species ἀκρόδρυα appellantur.

237. *IDEM libro quinto ad legem duodecim tabularum.* Duobus negativis verbis quasi permittit lex magis quam prohibuit: idque etiam Servius animadvertit.

238. *IDEM libro sexto ad legem duodecim tabularum.* “Plebs” est ceteri cives sine “senatoribus”. (1) “Detestatum” est testatione denuntiatum. (2) “Pignus” appellatum a pugno, quia res, quae pignori dantur, manu traduntur. Unde etiam videri potest verum esse, quod quidam putant, pignus proprie rei mobilis constitui. (3) “Noxiae” appellatione omne delictum continetur.

239. *POMPONIUS libro singulari enchiridii.* “Pupillus” est qui, cum impubes est, desiit in patris potestate esse aut morte aut emancipatione. (1) “Servorum” appellatio ex eo fluxit, quod imperatores nostri captivos vendere ac per hoc servare nec occidere solent. (2) “Incola” est, qui aliqua regione domicilium suum contulit: quem Graeci πάροικον appellant. Nec tantum hi, qui in oppido morantur, incolae sunt, sed etiam qui alicuius oppidi finibus ita agrum habent, ut in eum se quasi in aliquam sedem recipiant. (3) “Munus publicum” est officium privati hominis, ex quo commodum ad singulos universosque cives remque eorum imperio magistratus extraordinarium pervenit. (4) “Advena” est,

⁶⁴ *Odys.* 4,230.

⁶⁵ *Id est: venena multa quidem egregia, multa item noxia.*

advierde el mayor de los poetas entre ellos, Homero,²⁵ pues dice así: “de las drogas, muchas, mezcladas, son saludables, pero otras muchas nocivas”.²⁶ (1) En la palabra “*glans*” se incluye todo fruto, como dice Javoleno, a ejemplo de la lengua griega, en la que todas las especies de árboles se llaman “*akródrya*” <o árboles de fruto seco>.

237. *EL MISMO*, en el libro quinto a la ley de las Doce Tablas. Con dos palabras negativas, una ley permite más que prohíbe, y esto también Servio <Sulpicio Rufo> lo advierte.

238. *EL MISMO*, en el libro sexto a la ley de las Doce Tablas. “Plebe” son los demás ciudadanos sin los senadores. (1) La “detestación” es una notificación con testigos. (2) “Prenda” viene de “puño”, porque las cosas que se dan en prenda se entregan con la mano. De donde también puede verse que es cierto lo que algunos piensan, que la prenda se constituye propiamente sobre cosas muebles. (3) En la palabra “*noxia*” se incluye todo delito.

239. *POMPONIO*, en el libro único del enquiridión. “Pupilo” es el que, cuando es impúber, deja de estar bajo la potestad del padre o por muerte o por emancipación. (1) La palabra “*servi* <o esclavos>” proviene de que nuestros generales suelen vender a los prisioneros y por ello los “conservan” y no los matan. (2) “Residente” es el que estableció su domicilio en alguna región; al cual los griegos lo llaman “*pároikos*”. Y no sólo éstos, que viven en la ciudad, son residentes, sino también los que tienen una finca dentro de los límites de una ciudad, de manera que se retiran a ella como a alguna sede. (3) “Carga pública” es el deber de un hombre privado, por el cual llega un bien extraordinario a todos y cada uno de los ciudadanos y su ciudad, por imperio del magistrado. (4) “Forastero” es el que

²⁵ Véase la nota al texto latino.

²⁶ Véase la nota al texto latino.

quem Graeci ἄποικον appellant. (5) "Decuriones" quidam dictos aiunt ex eo, quod initio, cum coloniae deducerentur, decima pars eorum qui ducerentur consilii publici gratia conscribi solita sit. (6) "Urbs" ab urbo appellata est: urbare est aratro definire. Et Varus ait urbem appellari curvaturam aratri, quod in urbe condenda adhiberi solet. (7) "Oppidum" ab ope dicitur, quod eius rei causa moenia sint constituta. (8) "Territorium" est universitas agrorum intra fines cuiusque civitatis: quod ab eo dictum quidam aiunt, quod magistratus eius loci intra eos fines terrendi, id est summovendi ius habent. (9) Verbum "suum" ambiguum est, utrum de toto an de parte significat. Et ideo qui iuret⁶⁶ suum non esse, adicere debet neque sibi communem esse.

240. *PAULUS ex libris sex libro primo imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum.* Cum quaerebatur, an verbum "soluta matrimonio dotem reddi" non tantum divortium, sed et mortem contineret, hoc est an de hoc quoque casu contrahentes sentirent, et multi putabant hoc sensisse, et quibusdam aliis contra videbatur: secundum: hoc motus imperator pronuntiavit id actum eo pacto, ut nullo casu remaneret dos apud maritum.

241. *QUINTUS MUCIUS SCAEVOLA libro singulari ὄρων.* In "rutis caesis" ea sunt, quae terra non tenentur quaeque opere structili tectoriove non continentur.

⁶⁶ Ins. *servum* (Mo.).

los Griegos llaman “*ápoikos*”. (5) Los “decuriones”, según dicen algunos, se llaman así, porque en su origen, cuando se fundaban las colonias, solía alistarse una décima parte de los que serían conducidos para formar un consejo público. (6) “*Urbs*” viene del verbo “*urbare*”, que quiere decir definir los límites con un arado. Y <Alfeno> Varo dice que se llama “*urbum*” a la esteva del arado, el cual suele utilizarse para la fundación de ciudades. (7) “*Oppidum* o fortaleza” viene de <la expresión> “*ope*” <o sea “por obra”>, porque las murallas se construyen para defender la ciudad. (8) “Territorio” es el conjunto de agros dentro de los límites de una ciudad, el cual viene, según dicen algunos, de que los magistrados de ese lugar tienen, dentro de sus límites, el derecho de “desterrar”, es decir, el derecho de apartar del lugar. (9) Es ambiguo si la palabra “suyo” se refiere al todo o a una parte <de una cosa>, y por eso el que jura que <un esclavo>²⁷ no es suyo, debe añadir que tampoco lo tiene en copropiedad.

240. *PAULO, en el libro primero de seis libros de sentencias imperiales relacionadas con las cogniciones aplazadas.* Cuando se discutía si la frase “devolver la dote una vez disuelto el matrimonio” quería decir no sólo por divorcio, sino también por muerte, esto es, si los contrayentes pensaban también en ese otro caso, muchos creían que sí, y a otros les parecía que no, por <distintas razones>; movido por esto, el emperador <Septimio Severo> declaró que aquella <frase> se había hecho con un pacto tal que en ningún caso la dote quedase en manos del marido.

241. *QUINTO MUCIO ESCEVOLA, en el libro único de los “hóroi”.* En <la expresión> “extraídas y cortadas” se encuentran aquellas cosas que no están unidas a la tierra y <tampoco> se incluyen los materiales de construcción o de revoque.

²⁷ Sigo la lectura de Mommsen.

242. *IAVOLENUS libro secundo ex posterioribus Labeonis.* Malum navis esse partem, artemonem autem non esse Labeo ait, quia pleraeque naves sine malo inutiles essent, ideoque pars navis habetur: artemo autem magis adiectamento quam pars navis est. (1) Inter "proiectum" et "immissum" hoc interesse ait Labeo, quod proiectum esset id, quod ita proveheretur, ut nusquam requiesceret, qualia maeniana et suggrundae essent: immissum autem, quod ita fieret, ut aliquo loco requiesceret, veluti tigna trabes quae inmitteretur. (2) Plumbum, quod tegulis poneretur, aedificii esse ait Labeo: sed id, quod hypaethri tegendi causa poneretur, contra esse. (3) "Viduam" non solum eam, quae aliquando nupta fuisset, sed eam quoque mulierem, quae virum non habuisset, appellari ait Labeo: quia vidua sic dicta est quasi vecors, vesanus, qui sine corde aut sanitate esset: similiter viduam dictam esse sine duitate. (4) Straturam loci alicuius ex tabulis factis,⁶⁷ quae aestate tollerentur et hieme ponerentur, aedium esse ait Labeo, quoniam perpetui usus paratae essent: neque ad rem pertinere, quod interim tollerentur.

243. *SCAEVOLA libro octavo decimo digestorum.* "Scaevola respondit": semper acceptum est, ut libertorum appellatione etiam hi contineri intellegantur, qui eodem testamento vel posteriore loco manumitterentur, nisi manifeste is, a quo peteretur, contra defuncti voluntatem doceret peti.

244. *LABEO libro quarto pithanon a Paulo epitomarum.* Si qua poena est, multa est: si qua multa est, poena est. Paulus: utrumque eorum falsum est. Namque harum rerum

⁶⁷ factam.

242. *JAVOLENO*, en el libro segundo de los últimos de *Labeón*. El mástil es parte de una nave, pero no el trinquete, dice Labeón, porque la mayoría de las naves son inútiles sin mástil, y por eso se tiene como parte de la nave. El trinquete, sin embargo, se considera más un añadido que una parte de la nave. (1) Entre “*proiectum*” <o salido> e “*immissum*” <o metido> hay esta diferencia, dice Labeón: el “*proiectum*” es lo que se extiende de modo que no se apoya en ninguna parte, como son las terrazas y los aleros, e “*immissum*” lo que se hace de tal manera que se apoya en algún lugar, como las vigas y traveses que se empotran <en la pared>. (2) El plomo que se pone sobre las tejas, dice Labeón que forma parte del edificio, pero no así el que se pone para cubrir un patio. (3) “Dice Labeón que “*vidua*” no es sólo la que estuvo casada alguna vez, sino también la mujer que nunca tuvo varón; porque del mismo modo que se llama “*vecors*” <o descorazonado> al que carece de corazón o “*vesanus*” <o loco> al que carece de salud <mental>, de semejante modo se llama “*vidua*” a la que carece de “dualidad”. (4) Dice Labeón que la cobertura de un lugar hecha²⁸ de tablas, que se quitan en verano y se ponen en invierno es parte de la casa, pues <esas tablas> han sido destinadas para un uso fijo, y no tiene que ver que se quiten por temporadas.

243. *ESCEVOLA*, en el libro décimo octavo de los *digestos*. Escévola respondió: <que> siempre se ha admitido que en la palabra “*libertos*” también se incluyan los que serán manumitidos en el mismo testamento, <aunque> sea en su última parte, a no ser que aquel a quien se demanda probara manifiestamente que se reclama contra la voluntad del difunto.

244. *LABEON*, en el libro cuarto *pithanon* de los *epítomes* por *Paulo*. Si hay pena, hay multa, y si hay multa, hay pena. *Paulo* <anota>: cada una de ambas <afirmaciones> es falsa, pues la

²⁸ Sigo la lectura de Mommsen.

dissimilitudo ex hoc quoque apparet, quod de poena provocatio non est: simul atque enim victus quis est eius malefici, cuius poena est statuta, statim ea debetur. At multae provocatio est, nec ante debetur, quam aut non est provocatum aut provocator victus est: nec aliter quam si is dixit, cui dicere licet. Ex hoc quoque earum rerum dissimilitudo apparere poterit, quia poenae certae singulorum peccatorum sunt, multae contra, quia eius iudicis potestas est, quantam dicat, “nisi cum lege est constitutum quantam dicat”.

245. *POMPONIUS libro decimo epistularum.* Statuae adfixae basibus structilibus aut tabulae religatae catenis aut erga parietem adfixae aut si similiter cohaerent lychni, non sunt aedium: ornatus enim aedium causa parantur, non quo aedes perficiantur. Idem Labeo ait. Prothyrum, quod in aedibus plerumque fieri solet, aedium est.

246. *IDEM libro sexto decimo epistularum.* Apud Labeonem pithanon ita scriptum est: exhibet, qui praestat eius de quo agitur praesentiam. Nam etiam qui sistit, praestat eius de quo agitur praesentiam, nec tamen eum exhibet: et qui mutum aut furiosum aut infantem exhibet, non potest videri eius praestare praesentiam: nemo enim ex eo genere praesens satis apte appellari potest. (1) Restituit non tantum, qui solum corpus, sed etiam qui⁶⁸ omnem rem conditionemque reddita causa praestet: et tota restitutio iuris est interpretatio.

⁶⁸ restituit non qui solum corpus sed qui (Mo.).

diferencia entre ambos términos se manifiesta en esto: que contra la pena no hay apelación; en efecto, tan pronto como alguien queda convicto de un crimen cuya pena está establecida, la debe sin más. En cambio, para la multa hay apelación, y no se debe antes de que se haya apelado o de que haya sido vencido el apelante, ni de otra forma que la que impuso el que tenía facultad para ello. También de esto podría resultar la diferencia entre estas cosas, porque hay penas determinadas para cada una de las faltas, mientras que las multas no <son determinadas>, porque su cantidad depende de la potestad del juez, a no ser que por alguna ley se haya señalado la cuantía de la misma.

245. *POMPONIO, en el libro décimo de las epístolas.* Ni las estatuas fijas en sus pedestales, ni las tablas sujetas con cadenas o empotradas en la pared, ni las lámparas adheridas de modo similar, son partes de la casa, pues se adquieren como adornos de la casa, y no para completar la casa. Lo mismo dice Labeón. (1) El portal que suele hacerse en la entrada de las casas es parte de las mismas.

246. *EL MISMO, en el libro décimo sexto de las epístolas.* En <la obra> *pithanon* de Labeón se encuentra escrito así: “exhibe” el que procura la presencia de aquello sobre lo que se litiga, pues también el que comparece <ante el tribunal> procura la presencia de aquel que es demandado y, sin embargo, no lo exhibe. Y el que exhibe a un mudo, a un loco o a un niño no puede parecer que procure su presencia: en efecto, ninguna persona de esa clase puede decirse con suficiente propiedad que esté presente. (1) “Restituye” no sólo el que entrega la cosa sola,²⁹ sino también el que, al devolver la cosa, la <entrega> junto con su condición <anterior>; y toda restitución de derecho es una interpretación.

²⁹ Véase la nota al texto latino.